

AD
ACTVM SOLENNEM

II i
2807
(3)

IN HONOREM
AMPLISSIMI MAGISTRATVS
SANGERHVSANI
OB PERMVTATAS HAVD ITA PRIDEM
REGIMINIS VICES INSTITVENDVM

DECENTER INVITAT,

ET

DE VERSIONE HYMNORVM
GERMANICORVM
LATINA ATQVE GRÆCA

DISSERIT

M. CHRISTIANVS GOTTLOB
KAENDLERVS,

SCHOLAE RECTOR,
ET SOCIETATIS LATINAE QVAE IENAE FLORET,
MEMBRVM HONORARIVM.



DISSERTATIO TERTIA.



LIPSIAE.

IMPRIMEBAT IOH. GOTTL. IMMAN. BREITKOPF.

ACTVM SOLLENNEM

IN HONOREM

AMPLISSIMI MAGISTRATUS

SANCTISSIMI

OB SERVITUTIS HANC ILLA

RECTORIS UNIVERSITATIS

DE

ET

DE VERTUTE

GERMANICAE

IN

DE

IN CHRISTIANVS GOTTLOB

KANDIDENS

SCHOLAE

ET SOCIETATIS


IN

DE

DE

DE






§. I.

um anno Soteris MDCCXXXII. uota publica pro incolumitate Senatus Populique Sangerhusani concepta indicanda essent, hymnos quosdam germanicos latine uersos publici juris faciebam, et cum hæc opera non plane inuita Minerua suscepta uideretur, ita enim blandiebantur auribus meis amici, * idem tentabam in sermone græco, cum nimirum Anno MDCCXXXIV. ædis palatinæ a Serenissimo Christiano apud nos instauratæ recolenda erat memoria anniuersaria. Longæ desiderii, hoc quidem in negotio, indormientem, in præsentî excitauit patriæ pietas, quæ, rebus afflictis, meditata carmina infert ædibus, Deunque præsidem et custodem imperii nostri supplex precatur, ut calamitosissimi belli ciuilibis mox appropinquet exitus. Selegi hunc in finem præstantissimum hymnum *In allen meinen Thaten*, quo hactenus ciues nostri in singulis fere plateis, præuentibus alumnis meis, se ad spem et fiduciam excitarunt inuicem.

* Ita enim scribebat Venerab. Schamelius, P. II. Comment. in hymnos ecclesiæ nostræ, in Præf. *Es fehlt nicht an Gelehrten, welche die deutschen Gesenge gar glücklich in die griechische und lateinische*



Sprache überfetzt haben, darzu der wohlverdiente Rector zu Sangerhausen, Herr M. Kandler, Regeln vorgefchrieben, und auch selbst gute griechische und lateinische Proben uerfertiget hat. Admodum Reuerend. M. Christ. Aug. Hausen, Sangerhusianus, Pastor Dresdensis, qui in Pietate sua Melica testatus fuerat: mille millenas delicias sibi excitari, seque spiritu singulariter incalescere, si unam alteramque Oden, ita uersam, priuata occinere daretur deuotione, litteris ad me datis amoris plenissimis, me ad institutum hoc persequendum grauiter cohortabatur.

§. 2.

Auctor hujus hymni Paulus Flemming * natus erat Hartensteinii in agro Schoenburgenfi, patre usus Abrah. Flemming, Pastore in Wechselburg, qui uicus, cum cœnobium adhuc continebat, Zschillen appellabatur, et ad nomum Rochlitiensem spectat. Occurrit etiam Poetæ nostri frater Ioh. Christianus Flemming, qui A. 1688. 4. edidit Catalogum laborum scholasticorum. ** Noster A. MDCXXXII. Lugduni Bataurorum Medicinæ Doctor creatus, anno insequenti comitem se iungebat Legatis Holsaticis, qui iter in Moscouiam et Persiam ingrediebantur. Inde redux A. MDCXXXIX. Reualia commoratus est, ibique filiam Henrici Niehausen, Mercatoris nobilissimi, atque reipublicæ Senioris, uxorem sibi destinauerat, sed antequam nuptiis iungeretur, sponsus Hamburgi obiit supremum diem die II. M. Aprilis A. MDCXL. ætatis suæ XXXI. unde annus natiuitatis potest colligi. Socer tamen pro eo, quo futurum generum complectebatur amore, carmina ejus in iustum uolumen curabat redigenda, quæ sub inscriptione Syluarum Poeticarum prodierunt Ienae A. MDCLXVI. 8. Hymnus noster in itinere Moscouienfi compositus a D. Goezio octo sermonibus est illustratus, qui prodierunt Lubecæ A. MDCCXVII. 8. De ingenio Poetico hujus uiri præclare sentit Morhofius, imo eum Opitio præferendum censet, dissentiente tamen Stollio.

* De hoc Vate nihil tradit Buddeus in Lexico, pauca conditores Lexici Zedleriani, qui eum Flemming appellandum existimant, Venerab.

rab. Schamelius addit illi nomen de Boberfeld, quod Opitio tribuendum esse constat.

** Hic conferendus est doctiff. Schamelius et auctor Praefationis carminibus Flemmingianis praemiffa.

§. 3.

Varias ob causas e re uidetur fore, fi hymnum ipfum, uti in Carminibus p. 287. legitur, lectoris oculis fubjiciam.

Nach des 6. Pfalms Weife.

1.

In allen meinen Thaten
Las ich den Höchften rathen,
Der alles kan und hat.
Er mus zu allen Dingen,
Sols anders wohl gelingen,
Selbst geben Rath und That.

4.

Ich traue feiner Gnaden,
Die mich für allem Schaden
Für allem Nebel schützt,
Leb ich nach feinen Sätzen,
So wird mich nichts uerlezen,
Nichts fehlen, was mir nützt.

2.

Nichts ist es spat und frühe
Vm alle meine Mühe,
Mein Sorgen ist umfonft.
Er mags mit feinen Sachen
Nach feinem Willen machen,
Ich stells in feine Gunft,

5.


Er wolle meiner Sünden
In Gnaden mich entbinden,
Durchftreichen meine Schuld.
Er wird auf mein Verbrechen
Nicht straks das Vrtheil fprechen
Vnd haben noch Geduld.

3.

Es kan mir nichts gefchehen,
Als was er hat uersehen,
Vnd was mir felig ist,
Ich nehm es, wie ers giebet,
Was ihm von mir geliebet,
Das hab ich auch erkieft.

6.

Ich zieh in ferne Lande,
Zu nützen einem Stande,
An dem er mich bestellt.
Sein Seegen wird mir lassen,
Was gut und recht ist, fassen
Zu dienen feiner Welt.



7.

Bin ich in wilder Wüsten,
So bin ich doch bey Christen,
Vnd Christus ist bey mir.
Der Helfer in Gefahren
Der kan mich doch bewahren,
Wie dorte so auch hier.

8.

Er wird zu diesen Reisen
Gewünschten Fortgang weisen,
Wohl helfen hin und her,
Gesundheit, Heil und Leben,
Zeit, Wind und Wetter geben,
Vnd alles nach Begehrt.

9.

Sein Engel der getreue
Macht meine Feinde scheue,
Tritt zwischen mich und sie.
Durch seinen Zug den Frommen
Sind wir so weit nun kommen,
Vnd wissen fast nicht wie.

10.

Leg ich mich späte nieder,
Erwach ich frühe wieder
Lieg, oder zieh ich fort
In Schwachheit und in Banden,
Vnd was mir stößt zu Handen,
So tröstet mich sein Wort.

11.

Hat er es denn beschloffen,
So will ich unuerdroffen,
An mein Verhängnis gehn.
Kein Vnfall unter allen
Wird mir zu harte fallen,
Ich wil ihn überstehn.

12.

Ihm hab ich mich ergeben
Zu sterben und zu leben,
So bald er mir gebeut:
Es sey heut oder morgen,
Dafür las ich ihn sorgen
Er weis die rechte Zeit.

13.

Gefällt es seiner Güte,
Vnd sagt mir mein Gemütthe
Nicht was uergeblichs zu,
So werd ich Gott noch preisen
Mit manchen schönen Weisen
Daheim in meiner Ruh.

14.

Indes wird er den Meinen
Mit Segen auch erscheinen
Ihr Schuz, wie meiner seyn,
Wird beyderseits gewehren,
Was unfer Wunsch und Zahren
Ihn bitten überein.

15.

So sey nun Seele deine,
Vnd traue dem alleine,
Der dich geschaffen hat.
Es gehe wie es gehe,
Dein Vater aus der Hoche
Weis allen Sachen Rath.

Iungam huic hymno quasdam obseruationes :

1) Cum in hac Oda quædam occurrant, quæ iis tantum conuenire uidentur, quibus iter conficiendum est, hinc alii ab aliis sunt omiffi uersiculi, consilio non malo, utinam majori iudicio. In Sangerhusana collectione hymnorum ita comparent septem saltem uersiculi, in Lipsiensi, Leucopetrensi, Martisburgensi atque Isenacensi nouem, reliquis enim junguntur qui incipiunt: *Er wolle meiner Sünden et Leg ich mich späte nieder*, quibus Nordhusana addit decimum, cujus prima uerba ita se habent: *Indes wird er den meinen*. Dresdensis uero, Numburgensis et Sondershusana editio exhibet hymnum integrum.

2) Cum nostræ ecclesiæ alio utantur modulandi modo, quam qui Flemmingii ætate in usu erat, necesse est, ut ultimæ lineæ semper addantur duæ syllabæ.

3) Versiculo secundo uerba ita fluunt: *Er mag's mit seinen Sachen*, ubi exemplaria nostra impressa legunt *meinen* sensu admodum commodo, qui uero minime sententiæ auctoris præferendus esse uidetur. Nam quemadmodum olim Atticus * sibi nullam se junctam ab amico uolebat esse fortunam, ita etiam Seruator noster omnia Christiani, tanquam membri sui, fata sibi, tanquam propria, uindicat, quare hic omnia ad Deum refert, nihilque suum existimat, uel suæ operæ aut gloriæ tribuit. Confer Act. IX. 4. Matth. XXV. 35. seqq.

* Cornel. in uita Attici X. 5.

4) Alios sollicitant uerba: *So sey nun Seele deine*, quare Leucopetrenses, Martisburgenses, Numburgenses et Sondershusani codices substituunt *seine*, Lipsienses uero et Isenacenses *So thu nun Seel das Deine*, sed citra omnem necessitatem. Inuit enim poeta animum Christiani sibi relictum parum curare τὰ ἐν ἐφ' ἑμῶν, ut Epicteti uerbis utar. Egregie huc faciunt uerba Horatii L. I. Ep. XVIII. 96.

Infet

Inter cuncta leges et percontabere doctos,
 Qua ratione queas traducere leniter auum,
 Ne te semper inops agitet uexetque cupido,
 Ne pauor et rerum mediocriter utilium spes,
 Virtutem Doctrina paret, naturaue donet
*Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum
 Quid pure tranquillet.*

§. 5.

Sed tempus est meas proferre in medium uersiones.

1.

Res singulas agendas
 Ad singulas Calendas
 Committo numini.
 Res optime geretur,
 Sors læta me sequetur,
 Cum res olympo tradidi.

2.

Quid cura me iuuabit?
 Me forsân enecabit,
 Parumque proderit.
 Diuina sors placebit,
 Quodcunque me manebit,
 Nutu parentis accidit.

3.

Quodcunque fit, iubente
 Mihique prouidente
 Fit, credo, numine.
 Hinc porro nil mouebo,
 Vicesque non dolebo
 Parente tristes auspice.

1.

Ἐν προγραμματέϊ ἐμοῖο
 Βαλὴν βλέπω Θεοῖο,
 Ὅς πάντα συνέπτεται.
 Τῆ κοιράνα θέλοντος
 Καί μοι χάριν δίδοντας
 Πανδύβιος γενήσομαι.

2.

Ἐἰ πολλὰ ἔργα βίξω
 Παλλήν τε θλίβην ἔξω
 Τί τᾶτο ἄφελός;
 Τί ὄμμα μοῖο κλαίει;
 Πατήρ, ἢ ἄγρα ναίει.
 Μὲ νῦν, αἰ, παρηγορεῖ.

3.

Ἐἰ μὴ Θεὸς θελήσῃ,
 Ἐἰ μὴ τι ἄφελήσῃ,
 Μὴ πρᾶγμα γίγνεται.
 Ὡς αὐτὸς ἔργα τάξῃ,
 Σοφῶς τε πάντα πράξῃ
 Τᾷ πόκος γενήσομαι.

4. Me

4.

Me nulla damna tangent,
Pericla me nec argent,
Confido gratiæ,
Dum uerba sancta legis
Potentis usque regis
Observo fido pectore.

5.

Soteris ob cruorem,
Nam sentio dolorem,
Remitte debita.
Te quando sæpe lædo,
Lamentor atque credo,
Sic non nocebunt crimina.

6.

Si perfruo sopore,
Rursusque furgo, rore
Cadente, lectulo
Euoluo sancta uerba,
Mox deserunt acerba
Me recreatum gaudio.

7.

Quod numen ordinauit,
Olimque jam probauit
Id usque comprobo.
Nil durius uidetur,
Nihilque mens ueretur,
Nam cuncta uincit illico.

4.

Φιλᾶ με, τᾶτο ὄϊδο
Ἐν κινδύνοις πέποιθα,
Μέριμνα φεύξεταί,
Ἐἰ ἐντολήν φυλάσσω,
Θεῶ ἑλπίμην πρόσσω
Χωρίε τε ἄλγος ζήτομαι.

5.

Σοτήρος οἴμην σάσσε
Ἐμοί τε χάρημα δώσε.
Ἐἰ μνήσω ἐντολής.
Γραφή θεοῦ φοβέσσε·
Οὐ ποιήσας κολάσει
Ἐἰ καὶ ὀφείλων πολλά ᾄσε.

6.

Ἐν νυκτί ἐκ καθεύδω,
Ἐἰ πρὸς τὰ ἔργα σπέυδω,
Τῇ πρῶτῃ γρηγορῶν,
Ἐἰ σῶμα ἀδενήσσε
Καὶ πολλὰ νῆς παθήσσε
Γραφὴν ἔρευνᾷ ἐνψυχῶν.

7.

Γνὲς κοίραν θελήμα
Φοβέμαι ἔ πάθημα
Καὶ πάντα κινδύνον
Νῆς δεινὸν ἔ δοκίμα
Ἄ' με πατήρ θελήσσε,
Μὴ ἔτι ἐστὶ δύσκολον.

B

8. Si

8.

Si sunt mihi parata
Remotiora fata,
Exinde gaudeo.
Sed si fecus placebit,
Et eras mori jubebit,
Non nocce fessâ murmuro.

8.

Οὐδὲν γὰρ ἐκφοβήμας
Ἐὶ σήμερον θανέμας,
Ἐὶ ζήσω ἄνυμιον.
Τὸν καιρὸν αὐτὸς οἶδε,
Ὡς νῆς ἐμᾶ πέποιθε
Ἐκλίξαι ἀπὶ φέγγερον.

9.

Hinc mens dolere noli,
Deoque fide soli
Qui cuncta condidit.
Quod numen ordinabit,
Id usque prosperabit,
Tuisque rebus proderit.

9.

Νῆς χαίρει ἐν ἐμοῖο
Γνᾶς σπλάγγχρα τῷ Θεῷ
Ὁς κόσμον ἔτισσε.
Νῦν μηδὲ μὴς λυπέμας,
Ἐὶ ζῶω, εἰ θανέμας
Γενέσθαι ὅ, τι ἐκρινε.

§. 6.

Dum piis hisce meditationibus immorabar, offerebant selecti quidam alumni mihi Orationes horis subseciuis hactenus elaboratas, quas in solenni panegyri, in honorem Magistratus nostri, haberent publice. Singulae complectebantur florentis nostrae Saxoniae memorabilia, sed proh dolor! in tanto discrimine uersari repente incipiebat salus nostra atque uniuersae reipublicae, et in eum locum deducta res erat, ut nisi Deus subueniret, salui esse non posse uideremur. Neque deerant, qui cum Panthu, sacerdote Apollineo, exclamarent:

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae, fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
Gloria Teucrorum, ferus omnia Juppiter Argos
Transtulit

Distrin-

Diffringebamus itaque Deum uotis, sed simplex cunctaque complexum unum omnium uotum erat PAX. Clara etiam iudicii sui signa misit immortale numen, restituta est patria securitas, quo facto, uti omnes ciues, ita etiam Oratores mei, spiritum et sanguinem receperunt. Prodibit itaque in conspectum Vestrum, Lectores Venerabiles,

- I. Fridericus Wendelinus Starckius, Ostermondrensis, et Oratione græca felicitatem Saxonix describet.
- II. Johannes Chrysofomus Planertus, Leimbacensis, Elegia latina commercia Saxonix, et maxime Nundinas Lipsienses celebrabit.
- III. Johannes Christianus Heydricus, Varnstadiensis, Ode germanica officinam Misenensem supellectilis Murrhinæ (*Porcellaine Fabrique*) iustis laudibus extollet.
- IV. Johannes Franciscus Dorguth, Seeburgenfis, Gazophylacium Dresdensè (*das grüne Gewölbe*) carmine germanico depinget.
- V. Johannes Florianus Heydricus, Varnstadiensis, Sermone latino Pinacothecam Dresdensem (*Kunstammer*) adumbrabit.
- VI. Johannes Gottfried Blümnerus, Emsfelöensis pontem, qui utramque urbem jungit, uersibus germanicis describet.
- VII. Johannes Jacobus Wunderus, Münchpffelenfis, Armamentarium Dresdensè laudibus ornabit.

QA T: 2807 (3) x 2878698

vd18

12
VIII. Johannes Jacobus Loos, Sangerhufanus, Metalla Sa-
xonica a prima origine, oratione uernacula usus, re-
petet.

Non dubito fore plerosque, qui institutum nostrum cal-
culo suo comprobent, quare futuro die XIII. Mensis Januarii
confidimus fore, ut Patroni Nostri Venerabiles Fautoresque
Æstimatissimi in Auditorio nostro majori frequentes compa-
reant. P. P. Sangerhusæ Dom. I. post festum diem
Epiphaniæ Anni Soteris MDCCXLVI.





B.I.G.

Farbkarte #13

Hi
2807
(3)

AD
ACTVM SOLENNEM

IN HONOREM
AMPLISSIMI MAGISTRATVS
SANGERHVSANI

OB PERMVTATAS HAUD ITA PRIDEM
REGIMINIS VICES INSTITVENDVM

DECENTER INVITAT,

ET

DE VERSIONE HYMNORVM
GERMANICORVM

LATINA ATQVE GRÆCA

DISSERTIT

L. CHRISTIANVS GOTTLOB
KAENDLERVS,

SCHOLAE RECTOR,

ET SOCIETATIS LATINAE QVAE IENAE FLORET,
MEMBRVM HONORARIVM.

DISSERTATIO TERTIA.



LIPSIAE.

IMPRIMEBAT IOH. GOTTL. IMMAN. BREITKOPF.

